

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput II

urn:nbn:de:bsz:31-97032

CAPUT II.
DE ABSINTHIO, ACO-
NITO & ANTIRRHINO.

Absinthii mira in multis natura est. Amarum ipsum, aqua tamen ejus stillatitia dulcore imbuta invenitur. Hinc imis partibus & ipsum dulce Mese commentatoribus videatur. At tenuitati externarum partium res debet ascribi. Haec in vaporem resolubiles, ignis magis attenuatae calore, facile resolvuntur, & amaritudinem remittunt. *Mathiol. in Diose. c. 24.* Lixivium, ex quo sal ejus paratur, manus ita afficit, ut sensum tactus fere amittant. *Mathiol. de febrib. pest.* Creditum est, infantes, si ante quam duodecim septimanas excedant, succo absinthii in manibus & pedibus inungantur, neque frigore neque aestu, per totam laedi posse vitam: corpus totum si infriteretur, scabie non laboratores, *Guerib. in append. ad memorab. Mizaldi.* *Aconitum*, omnium venenorū est ocyssimum. Tactus enim genitalibus foeminei sexus eodem die mortem inferre dicitur. *Hoc fuit venenum, quo interempti dormientes à Calphurnio Bestia uxores M. Cæcilius accusator obiecit.* Hinc illa atrox peroratio; ejus in digito mortuas. Hoc tamen in usus humanæ salutis vertere, scorpionum iætibus adversati, experiendo datum in vino calido. Ea est natura, ut hominem occidat, nisi invenierit quod in hominæ perimat. *Torpent Scorpiones ejus attacū, stupentque pallentes & vinci se contentur.* Auxiliatureis helleborum album tactu resolvente, ceditque *Aconitum* duobus malis, suo & omnium. *Plinius.* Quin & *Antirrhinum*, adeo illis contraria ut illico ea visa torpescant. Principum vero gratiam hoc conciliari posse amuleto, dum credunt nonnulli, decipiuntur. *Mathiol. in l. 4. Diose. cap. 128.*

CAPUT